



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Ultimarum Voluntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

4. Hæres non debet procrastinare, re, cuius executio mandata est,
existente in bonis testatoris.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

ri, teste Bartolo in l. cum quidam. ff. de leg. 2. quem sequitur Panormitanus in c. nos quidem. de testa. Longa enim differentia est inter executionem, & declarationem arbitrij: sicut & inter iudicem pronuntiantem, & executorem pronuntiatum.

4 Secundum, si res, † cuius executio mandata est, extet in bonis testatoris, certè nõ debet haeres sine legitima causa differre vltimam voluntatem. Nunquam enim indulgendum est damnosis dilationibus l. cum res l. domus §. in pecunia. ff. de lega. 1. l. si pecuniam. ff. de leg. 2. Quid ergo fiet? Ex bono & equo magistratus negotium perpendet: vtrum de tota hereditaris executione, an de vna aliqua vel altera re tradenda tractetur, perpensis personarum & bonorum circumstantijs.

5 Magistratum † autem intellige civilem, vel ecclesiasticum. Nam Panormitanus rectè notat, mixti esse huiusmodi iurisdictionē fori: vt etiam iudex civilis ad executionem piarum causarum possit impartiri officium suum in c. si heredes. de re sta. per §. si quis adificationem. Nouell. de eccl. tit. Est ergo locus praeventioni.

Ter-